

longè alia moliuntur quàm quę ardentibus vō-
tis rogamus Deum Optimum Maximum.
Etenim authoritate quam in se assumuit abu-
tuntur ad auaritiam , ambitionem , & luxum.
Prædicationem Verbi, ad quam præcipuè sunt
instituti Episcopi, prorsus omittunt, & rem pu-
dendam , & dignitate sua inferiorem fecisse se
existimant , si eo munere fungantur : quorum
dein exemplo multi Curiones suam functio-
nem negligunt , & per vicarios plerumque in-
dignos res sacras administrant , eandem sem-
per cantilenam recantantes : vt de luxu nihil
dicam,in quo tantopere sibi placent antistites.
Petrus Molinæus non minus verè quam acutè
alicubi dicit,Episcopos pompa illustres,& luxu
diffuentes , curamque annuntiandi Euange-
lium procul à se abiicientes , similes esse later-
næ auro fulgenti , in qua nulla est candela ac-
censa. Sed hæc leuia essent , nisi prauo suo
exemplo gregem inficerent , & cultum Diui-
num corrumperent suis commentis,& addita-
mentis, & mysterium iniquitatis totis viribus
reuocare niterentur: quod quidem strenuè his
postremis annis præstiterunt, resque eò cumuli

C 2